UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum celeberrimorum iurisconsultorum

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

15. Executoris officium: quibus modis finiatur. & num. 17. & 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63406

Visual Library

ſicut quis cogitur ſubire publica munera. vt l.1.§.1.& §.æquè & l.muner.1.reſpon. & §. qui ad nouam ff.de mune.& hon. De iſta quæſtio. dixi.ſuprà in prima parte tractat.q.4.& ideò ibi ſcripta, hîc pro repetitis habeantur.

Quæro tertiò, *quib.modis † executoris officium finiatur? & reſpondeo, quod multis modis.* 15

Primò, morte ipſius executoris: quia mors omnia ſoluit: vt inſti. pro ſocio.§. ſoluitur.in auth.de nup.§.deinceps. Et idem dico de ſubexecutore ab ipſo executore conſtitutio in caſu, quo poteſt: vt dixi ſupra. quia ſicut morte tutoris finitur officium conſtituti ab eo: vt. l.ſi per epiſtolam ff.de acqui.hære.ita etiam in iſto qui etiam exequitur: vt dixi ſuprà q. præcedente. Item, quia ſicut mandatum prælati pro ſua eccleſia conſtituẽtis finitur morte mãdantis re integra: vt cle.vlt.de procu.ita & fortius mandatum executoris. Quod intelligo, non ſolum de morte naturali, ſed etiam de ciuili, quæ contingit per deportationem vel ſeruitutem: vt inſti.qui.mod.tut.fini.§.1.& §.ſimili modo cum gloſſ.ſua.